



Antiquae Lectionis Tomus ...

In Qvo Plvra Qvam XX. Antiqua monumenta, nunquam edita

Canisius, Heinrich

Ingolstadii, 1602

IV. Qvod Resignavit Prælaturam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64160](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64160)

ætorum, nec de temporalium affluentia, nec de culmine dignitatis intumuit, sed magis in sanctitate atque profectu discipulorum quam in excellentia prælaturæ vel magisterij lætabatur, quod perpenni facilliter poterit per subiecta.

QUOD RESIGNAVIT PRÆ-
laturam.

IV.

HRATREM namq; carnalem vir Dei habebat, præter titulum sanguinis generosi, satis superq; & in diuitijs abundantem. Quodam vero die cum venissent viri Imperatoris, vt assisterent coram illo, affuit inter eos & ille viri sancti germanus. Cui subridens Augustus, animo fortè iocandi, Causa, inquit, tuæ dilectionis fratrem tuum regali præfecimus Abbaciæ, facientes sibi nomen grande, iuxta nomen magnorum qui celebrantur in terra, vt sedeat eum Principibus & solium gloriæ teneat inter illos. In quo igitur maiestatis nostræ munificentia respondebis? At ille: Vera, inquit, esse omnia recognosco, quæ præponit vestra serenitas, arbitrorque dignissimum, vt vestra non ingratus inueniar pietati. Dictum duxit in actum, nec multo post decentibus satis Imperatorem muneribus honorauit, famulo domini ERMINGOLDO tam dicta Imperatoris, quam facta germani penitus ignorante. Caterum mox vbi ad eum res gesta deuenit, licet horum omnium nec conscius extitisset, LORSACENSEM resignauit Abbatiam, protinus tam curæ se subtrahens pastorali, quam vel notæ leuissimæ Simoniacæ prauitatis. Aduertendum est igitur quam execrabile duxisset hic sanctus per tale se vitium maculasse, vt & Prælaturam retinere detestaretur, pro qua nihil

vn-

inquam datum licet præbitum esset, adipiscenda, sed pro
iam adepta & de post facto frater suus Imperatori grates
per munera reculisset.

QVOD REDIIIT AD ECCLIE-
siam Hirsaugiensem.

RELICTO igitur Regimine LORSACENSI, tan-
quam bonę opinionis ac famę diluuiio ad archā
reiquiei suę, id est, ad HIRSAUGIENSEM Eccle-
siam & ad suum Noe Beatum videlicet VVILHELMVM,
tanquam emissa columba reuertitur, non sine ramo tamē
virentibus folijs venustato. Nam secuti sunt eum discipu-
li eius, non minus quā quadraginta, quos apud LORSAC-
CVM sub spacio vnus anni quo inibi præfuit, Deo colle-
gerat, vt quam fructuosus in vera vite palmes hic esset, Ioan. 15.
ipsa vbertate geniminis monstraretur. Denique in baculo
suo curę videlicet pastoralis, solus transierat ad LORS-
SACENSE Cœnobium, & nunc cum turmis discipulorum
reuertebatur HIRSAUGIAM: quorum collectio tanquam
ramusculus de hac sancta radice confurgens, paternę vir-
tutis gratia virescebat. Hi ergo ab eo separari non susti-
nentes, sicut ouiculę, dicentes non quidem verbis sed fa-
cto: Verba vitę æternę habes ad quem ibimus? pastorem Ioan. 6.
suum vsque HIRSAUGIAM lequebantur. Vbi & Gal. 4.
tanquam Angelus DOMINI cum honore susceptus,
benignissimē pertractatur, quippe cuius ibi sanctitatis præ-
conia non latebant. Porro propter nos homines & pro-
pter nostram salutem, qui præsentem locum incolimus
à Domino factum est istud, vt occasione quacunque oli-
ua fructifera & vere vitis abundans illic euelleretur &
transplantaretur in hac vinea DOMINI Sabaoth, quam